

*fin. Glossa & Dd. ad rubr. C. h. t. sed & Camera Imperii, Gl. d. l. Bald. ad rubr. C. de jur. fisc. n. 12. vid. definit. quam habet peregrin. lib. 1. t. 1. n. 2. ærarium. l. 10. C. de bon. præscript. l. 3. C. de alluvion. add. Pac. Isag. in ff. de jur. fisc. Licet enim olim inter fiscum & ærarium magna fuerit differentia, vid. Plin. in Panegyri. ad Trajan c. 36. sequentibus tamen temporibus distinctio illa evanuit, & horum vocabulorum promiscuus usus esse cœpit. l. 13. pr. de jur. fisc. l. 1. §. 9. ad L. Cornel. de fals. l. 1. C. de quadr. præscript. §. ult. de usu. c. ibi Arnold. Vinn. Deniq; dicitur etiam à Dd. archivus, faccus publicus, marsupium, Camera calculi, Camera computatorum, bursa communis. Bartholom. Chassan. consil. 16. n. 11. Guid. Papa decis. 453. n. 1. Petr. Gregor. Tholosan. lib. 3. syntagm. jur. civ. c. 1. n. 11. Befold. disp. de regal. c. 9. th. 1. Zoël. in comm. ad ff. de jur. fisc. n. 1. Germanis dici solet die Cammer / des Reichs Camer. R. Imp. de Anno 1442. §. Item wann dieselbe ic. vers. und wer der vorbeschribenen.*

## §. 3.

Jus fisci, in secunda significatione acceptum, nihil est aliud, quàm jus arcam publicam, quæ complectitur pecuniam ad usus publicos destinatam, ex variis causis comparatam, habendi, augendi & tractandi.

## §. 4.

Dividit M. Anton. Peregrin. 1. de l. F. i. n. ult. fiscum in generalem & particularem. Illum tribuit Papæ & Imperatori, & quidem Huic, quod quoad jura fiscalia ubique locorum fundatam habeat Jurisdictionem, Papæ verò, quod sit Vicarius Christi, per quem regatur Ecclesia, quæ ubique est. Verum quam bona sit hæc ratio, facile patet. Particularem verò fiscum dicit competere Regibus, Principibus, Rebuspublicis & Civitatibus Liberis. Forsitan generalem fiscum (si verba Peregrini retinere velimus) quis posset vocare eum, qui competit Imperatori, Regibus & aliis Rebuspublicis summam potestatem habentibus. Particularem verò, quem habent superiorem recognoscentes.

## Caput II.